

des consuls que cette somme de 5 florins d'or, considérable alors, pouvait faire hésiter bien des âmes pieuses à se ranger dans la confrérie du Saint-Esprit, le 20 octobre de la même année, Clément VII illimita le nombre des confrères et laissa à l'abbé d'Ainay le soin de déterminer le taux et la forme de la cotisation (1). En vertu de cette

---

quinque florenos auri ponderis camere apostolice porrexerint, ut confessore quem earum quelibet duxerit eligendum omnium peccatorum suorum de quibus corde contricte et ore confesse fuerint, semel tantum in mortis articulo, plenam remissionem eisdem personis in sinceritate fidei, unitate sancte Romane ecclesie et obedientia et devotione nostra vel successorum nostrorum romanorum pontificum canonicè intrantium profiscentibus auctoritate predicta concedere valeat plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Volumus autem quod idem confessor de hiis de quibus fuerit alia satisfactio impendenda, eam dictis personis per eas, si supervixerint, aut per heredes earum seu alios, si tunc fortè transierint, faciendam injungat, quam dicte persone vel illi facere teneantur. Et ne, quod absit, dicte persone propter gratiam hujusmodi reddantur procliviores ad illicita imposterum committenda, nolumus quod si ex confidentia remissionis hujusmodi aliqua forte committerent, quo ad illa predicta remissio eis nullatenus suffragetur. Datum apud Villam Novam Avinionis diocesis, VI idus maii, pontificatus nostri anno sexto. — G. Guentini. (*Cartulaire d'Etienne de Villeneuve*, f. 96, n° 95.)

(1) Clemens, episcopus servus servorum Dei, dilecto filio abbati monasterii Athanacensis... Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum consulum et communis petitio continebat, ab aliquibus hesitetur quantam pecunie summam in reparationem hujusmodi convertendam, dicte persone que in confratres dicte capelle recepte fuerint, ut prefertur, solvere teneantur, nos ipsorum consulum et communis in hoc parte supplicationibus inclinati, discretionis tue, de qua in hiis specialem in Domino fiduciam obtinemus, statuendi et ordinandi auctoritate apostolica, ad id dictorum consulum et communis accedentibus consilio et assensu, quam summam pecunie et in quibus terminis illam quelibet dictarum personarum propterea